Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

norum & ceterorum qui cum illis erant discumbentes. manifes
tum est. Ita: Ecce uinum domo ifrangebantur lampsauerbaudo
a mus uel quaedam dicta uel quae a illo responsa omnes isti
tres euangelistae posuerunt. Matheus & uidentes in
quit pariseei dicebant discipulis eius quare cum publicanis
& peccatoribus manducat magister uester eadem peneuerbis
hocait & marcus quare cum publicanis & peccatoribus mandu
cat & bibit magister uester. Praeter missum est. ergo a matheo
quod iste addidit bibit sed quidam cum plenasit sententia
insinuans pariter conuiuantes. Lucas autem aliquanto dif
ferentius hoc uidetur commemorasse. & murmorabant
inquit pharisaei & scribae eorum dicentes ad discipulos eius.
Q uare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis non utiq:
magistrum eorum nolens illic intellegi. sed simul omnibus &
ipsi & discipulis eius hoc obiectum insinuans. non ta men et dictum
sed illis quod de se ipso & de illis accipere debet. Nam utiq:
& ipse lucas tradit dnm respondisse non uenisse uocare iustos
sed peccatores in paenitentia quod non eis respondisse nisi
quod dixerunt manducatis & bibitis ad ipsum maxime praeter
Propter ea etiam matheus & marcus de illo discipulis eius
hoc obiectum esse nauerunt quia cum & de discipulis dicebat
magistro magis obiciebatur quem sectando imitabantur.
Una ergo sententia est. & tantomelius insinuata quanto quib;
dam uerbis manente ueritate uariata. Item quod mathe
refert dnm respondisse non est. opus ualentib; medicus sed
male habentibus. Euntes autem discite quid est misericor
diam uolo & non sacrificium non enim ueni uocare iustos
sed peccatores. Marcus quoq: & lucas eisdem peneuerbis
eandem sententiam tenuerunt nisi quod ambo non inter
ponunt illud ipse testimonium. misericordiam
uolo quam sacrificium. Lucas autem cum dixisset. non uenisse
uocare iustos sed peccatores addidit In paenitentiam.